UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Quæstio 10. Vigintiduumviri an cognoscere possint de iustitia vel de injustitia nullitate aut validitate sententiarum aliorum judicium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61908

Visual Library

1 PAx hæc de perſonis loquitur in materia autem reſtringibili appellatione perſonarum non veniunt collegia capitula civitates aut univerſitates, *Fel.cap.eam num.15.de reſcriptis Rom.conſ.400.idem Rom.conſ.436.l.metum §.animadvertendum ff.quod met. cauſa Saruenſis Reg.de idiomate quæſt 2.num 1.Caputaque*
2 *dec.42.par 3. VVameſ.conſ.250.num.5.& 6.de præbendis,* quamvis ſecus eſſet ſi in materia favorabili vel extenſiva verſaremur, *Rom d.conſ.400.in fine.*in materia enim extenſiva perſonæ appellatione comprehenditur univerſitas civitas quæ etiam perſonæ vice fungi dicuntur, *l.mortuo ff.de fideiuſſoribus l.1.l.nihil intereſt ff.ad S.C. Maced.l.eos §.cæteros.*

Similiter niſi aliud ſuadeat generalitas verborum, *v.g.* contra quaſcumque perſonas cuiuslibet generis, *Alex conſ.17 num.6.lib 6.Farinaceus deciſ.412.nu.4.lib.1.*

Ut & niſi materia ſit proportionata ad capitulum. *Fel.cap.eam te num.15.de reſcript Rebuff ſuper concordatis Rubr.de collationibus §.ſtatuimus verb.perſonis & §.præfati ordinarÿ verb.quicumque Sarnenſis Reg.de Annali quæſt.12.*

QVÆSTIO DECIMA.

Vigintiduum viri an cognoſcere poſſint de iuſtitia vel de iniuſtitia nullitate aut validitate ſententiarum aliorum iudicium

SUMMARIUM.

1. *Reſponſum Domini Balduini de vaux IC. Leodienſis.*
2. *Intellectus clauſulæ de ne mener quelqu' vng hors loy.*
3. *Intelligi debet de privata autoritate.*
4. *Per iniuſtitiam & nullam ſententiam l'on n'eſt mene hors loy.*
5. *Extraordinarÿ iudices non cognoſcunt de nullitate aut iniquitate ſententiarum aliorum iudicum.*
6. *Iudices de incidentib quæſtionibus coram alÿs non cognoſcunt.*
7. *Mutuis actibus rerum turbari non debent officia.*
8. *Cauſa finalis tribunalis vigintiduum viralis.*
9. *Tribunal hoc cognoſcit de ſordibus & violentÿs non autem de validitate ſententiarum.*
10. *Iudices Cambyſiani.*
11. *Concuſſionis cognitio in quo conſiſtat & qualiter à cognitione iuſtitiæ vel iniuſtitiæ ſententiæ differat.*
12. *Sordium quæſtio decidi poteſt ſine cognitione iuſtitiæ.*
13. *Permiſſum quando experiri poteſt ſine prohibito permiſſum trahit ad ſe prohibitum.*

14.Vi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

14. Vigintiduum viri non poſſunt decidere inter civiles quæſtiones.

15. Reſponſum Domini VVameſii in vigintiduum virali materia.

16. Iuriſdictio vigintiduum virum eſt limitata.

17. Sententia vigintiduum virum nulla quæ excedit limites ſuæ iuriſdictionis.

18. Civiles cauſæ non ſpectant ad tribunal vigintiduum virum.

19. Pax ut violata dicatur quid requiratur.

20. Spolium quod directe non fit ad turbandam pacem non eſt cognitionis vigintiduum viralis.

21. Furtum non eſt tribunalis vigintiduum viralis.

22. Quærela omnes pertrahi poſſent ad hoc tribunal nimia fœderis extentione.

Quid hac in quæſtione ſentiendum ſit olim Dominus Baldovinus de Vauz juriſconſultorum ſui ævi non infimus reſpondit ſed ſatis jejune uti patet hoc ejus ex reſponſo,

C'eſt vng point plus que peſtilentieux & renuerſant toute autorite ſouueraine 1
Imperiale & populaire de vouloir maintenir quæ les vingtdeux peuuent cognoiſtre de rectitudine proceſſus judicij Eccleſiaſtici aut laici. Car ſi cela auoint lieu il ne ſeroit beſoing d' appeller aux ſuperieurs ains ſeroint lez XXII. les Monarches & ſouuerains contre tous iuges voir Papes Empereurs & leurs delegues Ce que non ſeulement le droict eſcript empeſche mais auſſi les privileges imperiaux du pays du liege auec les ordonnances & conſtitutions de l' empire comme ce peut voir par. : .ord.com.cap 1. ne ce peuuant pource extendre la juriſdiction deſdits XXII. contre ce que eſt juge par juges Eccleſiaſtiques ou temporels ſoit en antecedent ou conſequent.

Et quand l' on voudroit venir à la clauſe de la paix des XXII. diſant que l'on 2
ne doibt mener quelq' vng hors loy icelle ne ſentend au regard des procedures ou iugements ains ſeulemeat des iuges ordonnes par la paix des XXII. & de leurs competence ſans tomber pource ſoubs pretexte de la dite clauſe à la iuſtice ou injuſtice valleur ou non valleur de leurs procedurs autrement nunquam eſſet litium finis cauſæque continentia diſtraheretur contre la diſpoſition du droit commun, *l. nulli C. de iudic. l. à divo Pio ff. de re iud.*

Dabondant ceſte clauſe mener quelqu' vng hors loy ce doibt ſeulement exten- 3
dre de privata autoritate & potentia non autem ubi intercedit autoritas judicis competentis alioquin pax vigintiduum viralis quæ eſt conſtituta ad ſalutem juriſdictionum ordinariarum eſſet earundem belua vorax origoque & confuſio inexplicabilis omnium juriſdictionum.

Finalement pour monſtrer que par une ſentence ſoit injuſte ſoit nulle l'on 4
ne peut eſtre dit mener hors loy il enappert aſſes par la reſponce du juriſconſulte

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſulte Paulus.*l.ius pluribus modis* § *prætor ff de iuſtitia & iure*, & tele ſorte. Præto
quoque jus reddere dicitur etiam cum inique decernit ratione ſcilicet facta non
ad id quod ita prætor facit ſed ad illud quod facere prætorem convenit ita hadi.
nus Balduinus de vaux. Hanc porro Domini Balduini de vaux ſententiam multis
ego rationibus ex jure depromptis confirmo.

5 Primo vigintiduum virum iuriſdictio eſt extraordinaria atque odioſa uti ante
pluries annotavi, proinde cum ejuſmodi juriſdictio ſit reſtringenda de nullitate aut
iniuſtitia ſententiæ aliorum iudicum eiuſmodi extraordinatij iudices cognoſcere
non poſſunt, *Sebaſt. Vantij tract de nullit. tit. coram quo de nullit. dici poſſit l. ſi prætor
ff. de iudic. Maſſuerus in ſua praxi tit. de executionib. num.* 26.

6 Secundo quia licet ii quibus iuriſdictio demandata eſt poſſit de annexis con-
nexis incidentibuſque quæſtionibus cognoſcere, *Menoch. de arb. iudicum lib.* 1.
quæſt. 45. *Iaſ. l.* 1. *num.* 5. *C. de edict. divi Andr. toll. Dec. cap. paſtoralis. numer.* 4 *de ap-
pellat.*

Id tamen ita demum verum eſt ſi coram iiſdem iudicibus qui de cauſa principa-
liter cognoſcunt quæſtio quæpiam incidens ſuperveniat ſecus vero ſi coram diver-
ſis judicibus nam tunc cognoſcere non poterunt quia incidens quæſtio diverſo
tunc iure cenſetur nec aſſumit naturam cauſæ principalis, *Imola Clem. diſpendioſam
num* 16. *de iudicijs Menoch d. quæſt.* 45. *num.* 12. *in fin.*

7 Tertio quia ſi id liceret vigintiduum viris mutuis actibus rerum turbarentur of-
ficia, *l. conſulta divalia C. de teſtam.* ideoque non ſolum quando iuriſdictiones di-
verſorum judicium ſunt omnino ſeparatæ non licet alteri in alterius officio ſe in-
tromiſſere, *d. l. conſulto* '. *apparitores C. de apparitoribus præfecti annonæ ubi Io. de Pla-
tea lib.* 12. ſed ne quidem ſi officia ſint communia licet uni de eo quod alius in-
choavit ſeſe intromiſcere, *d. l. apparitores.*

8 Quarto quia auditorium illud vigintiduum virum ſeu pactio pacis vigintidu-
um viralis introducta eſt adverſus violentias & privata autoritate jus ſibi dicentes
ut & adverſus corruptos judices venales ſententias in mercedem proferentes
ſeu depravatos pretio aut gratia perperam judicantes prout & adverſus offi-
ciatos miniſtroſve juſtitiæ ſubditos vexantes ſeu concutientes, quæ pax conce-
9 dit quidem vigintiduum viris cognitionem adverſus judices legitimæ inſtitu-
tos num quippiam per ſordes ejuſmodi commiſerint hoc eſt num corrupti pe-
cunia venalem ſententiam ſive juſtam ſive injuſtam perinde enim eſt protule-
rint, *l fin. ubi Bald. C. de pæna iudicis cap. vendentes* 1. *quæſt* 3. *Navar. de datis &
promiſſis pro iuſtitia vel gratia Vantius de nullitat. tit. de nullit. ex defectu proceſſus
num.* 155. & 136. at vero ut de valore aut non valore nullitate aut ſubſiſtentia ſen-
tentiarum per judices legitime conſtitutos latarum cognoſcant ſeu an ejuſmodi
ſententiæ quod contingere poteſt valeant ipſo iure aut non valeant, *Vantius*

d. nu.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

d. nu 135. & 136. id eis pace hac vigintiduum virali conceſſum neutiquam eſt imo
vero ſatis abnegatum per prohibitionem expreſſam ne de heritagijs cognoſcant
ſed tantum de prædictis ſordibus atque concuſſionibus.

Neque refricari poteſt ejuſmodi incidentem quæſtionem juſtitiæ aut injuſti-
tiæ ad eos ſpectare quia ad eorum tribunal pertinet principaliter de concuſſio-
nibus judicium cognoſcere. Reſpondeo enim quæſtionem concuſſionis ut & 10
aliarum ſordium quibus Cambyſiani judices ſeſe contaminarant tantum inter ſe
differre quantum una qualitas ab alia qualitate differre poteſt. Cognitio enim 11
concuſſionis in eo verſatur num judex quiſpiam incuſſo metu per odium favo-
rem ſimulationem pecunia accepta aut non accepta quippiam commiſerit, *ele-
ganter Pariſ. de Puteo de ſindicatu verb. ſindicatum fol. 347. vol. Oce. 2. Albericus in
ſuo dictionario verb. concuſſio & etiam Spigelius in lexico iuris*, at vero iuſtitiæ vel in-
iuſtitiæ diſquiſitio civilis eſt & iuriſdictionis ſeparatæ diſtinctæque à quæſtione
ſordium quæ criminalitatem ſapit. *Marant de ord. iud par. 4. diſt. 1.* ut proinde quæſti-
ones iuſtitiæ vel iniuſtitiæ nullitatis aut ſubſiſtentiæ ſententiarum per judices legi-
time conſtitutos Prælatorum ſub incudem iſtius tribunali revocari non poſ-
ſint.

Quinto quia incidentes iſtæ coram vigintiduum viris quæſtiones juſtitiæ vel 12
injuſtitiæ nullitatis aut ſubſiſtentiæ ſententiarum aliorum legitimorum iudi-
cum non ſunt adeo principali illi quæſtioni ſordium aut concuſſionum con-
nexæ quin principalis illa quæſtio ad eorum tribunal ſpectans ſola ab eis poſſit dif-
finiri proindeque de incidentibus iſtis quæſtionibus quoad approbationem vel im-
probationem cognoſcere non poſſunt. *Calderin. conſ. 4. de iudicijs*, uti appoſite poſt
Menochium, *lib. 1 de arb iud. quæſt. 19. num. 9.* explicat proſper Farinaceus, *in pract.
crim. lib. 1. quæſt. 1. num. 58. l. 1. C. de ord cognit. l. ſi quis à liberis §. ſi vel parens ff. de li-
beris agnoſcendis.*

Iuxta enim iuris theoriam quando permiſſum experiri poteſt ſine prohibito 13
permiſſum non trahit ad ſe prohibitum. *Caſtr. in l quoties num. 9. C. de iudicijs cap.
cum quid ubi Dyn. & DD de Reg. iur. in 6. l. athletas §. 1. ff. de infamibus.* & conſequen-
ter præmiſſa vigintiduum viri cognitione ſordium & concuſſionum quæ diſcuti
expedirique poteſt relicta alijs judicibus deciſione civili quæ certis caſibus poteſt
aut non poteſt non obſtantibus ſordibus tranſitum facere in rem iudicatam, *Van-
tius de nullit. ex defectu proceſſus num. 135. & 136.* concludendum eſt permiſſam iſtam 14
eis iuriſdictionem non poſſe ad ſe adtrahere civiles illas incidentes quæſtiones eis
prohibitas quod ipſum hac in facti contingentia pridem reſpondit primus juriſ-
conſultus ſui ævi præceptor meus Ioannes Wameſius *conſ. 294. de fide inſtr. tom. 1.*
in hæc verba.

Diligenter perlectis & excuſſis actis cauſæ quæ acta & peracta eſt coram vi-
ginti-

gintiduum viris civitatis & patriæ Leodienſis inter ſcabinos altæ juſtitiæ oppidi S.
Trudonis conquerentes & impetrantes & mantionarios curiæ præpoſiti Mona-
16 ſterij S. Trudonis reos opponentes hoc in primis nobis mirum videtur qua ratio-
ne cum horum dominorum judicum juriſdictio omnino ſit limitata & reſtricta
duntaxat ad cauſas fractæ ſuæ violentiæ pacis publicæ hæc civilis quæſtio de uſu
& poteſtate ſigilli adferri potuerit ad eos quippe limitata cauſa juriſdictionis ipſam
juriſdictionem limitat & reſtringit & qui male fruorum eſt judex de civili quæ-
rela ſeu quæſtione nec cognoſcere nec judicare poſſit. *l. ſolemus §. latrunculator*
ff. de iudicijs Bald. conſ. 203. præſuppoſito num. 2. vol. 1. Ang. conſ. 257. inter capitula
pacis num. 2. Andr. Tiraq. tract. res inter alia acta poſt. princ. verſ. cui proxime acce-
dit. Et ſi fines ſuæ juriſdictionis excedendo iudicet iudicatum ſit nullum, *Raph.*
17 *Fulgos. conſ. 162 viſis actis.* Civilem autem non violate pacis eſſe aut poſſe eſſe
18 quæſtionem quæ ex materia propoſitæ litis exorta eſt ob uſum novi ſigilli & ſigil-
landi officium à dictis ſcabinis translatum res ipſa demonſtrat. Ut enim actioni
ſeu conſtitutioni violate pacis publicæ locus ſit non ſufficit quæcunque querela
nec quodcumque contraveniatis factum ſed requiritur vel publica vel maior &
atrocior violatio armis etiam adhibitis dolo malo illata cui privatim reſiſti non
potuerit, *And. Gaill. de pace pub. cap. 7.* ita ut quæcunque iniuria aut iniuſtitia quæ
20 alicui capitulis pacis publicæ ſubiecto infertur non poſſit mox fracta aut violatæ
pacis dici & quidem ſpolium quodcumque quod directe non fit ad turbandam
pacem ſed eſt huiuſmodi vis interdicto apud ordinarium iudicem civilem coer-
cenda nam etiam extraordinaria eiuſmodi iuriſdictio vindicanda , *And. Gaill d.*
cap. 7. num 19. neque enim ea quæſtio ratione præteritorum vel futurorum ullo
modo pertinet ad capitula pacis publicæ ſed ad rem privatam ſaltem ad ius
21 commune & civile controverſiamque iudicialem , *Bald. conſ. 195. laudare num.*
3. & 6. vol. 2. etiamſi eſſet furtum aut rapina aut quæcunque alia quæ in hoc di-
recte aut proximæ non tendit ut vel bellum aut civiles motus excitentur vel ſopitæ
inimicitiæ reſuſcitentur, *Barth l. aut facta §. cauſa ff. de pœnis Rom. conſ. 183. in caſu*
22 *propoſito & conſ. 258. in caſu propoſito.* alioquin ſi ad quamcumque quærelam vel iu-
dicialem controverſiam fractæ ſeu ruptæ pacis conſideratio accommodaretur nul-
la ſuboriri poſſet inter ſubditos quæſtio quæ non ad hoc extraordinarium audito-
rium aut iudicium poſſet pertrahi ſed ad hanc ſcrupuloſitatem de iudicii compe-
tentia vel incompetentia non ſubſiſtendo poſtquam pro parte reorum hoc iudici-
um (uti poterat) declinatum non eſt & tacite videatur prorogatum quatenus
de iure prorogationem admittit, *Caſt. d. §. Latrunculator* , ad
merita cauſæ principalis progrediemur.

* *
*

QVÆ: